

(Gracè dicitur Ἐρωτησις itemque ἐρωτησις. Vulgò species  
lem sententia figuram Interrogationem constituunt. At præ-  
ter rem. Est enim Interrogatio duplex: vel 1. Simplex, quæ sine  
motu est, ut, *Quò nunc abis? Quid est Grammatica? Hæc  
Rhetorica non est, cum animum nullo motu afficiat. Vel 2. fi-  
gurata, quæ affectibus instructa est, ut puta vel 1. Dubitandi,  
ut in Roscian. Quid primum querar? unde potissimum exor-  
diar? 2. Negandi & obtestandi, ut, ibid: Nam per Deos im-  
mortales, quid inest in hac causa quod defensionem indigeat?  
3. Admirandi, ut, *Quis novus hic nostris successit sedibus ho-  
spes? 4. Contemnendi & irridendi, ut, Cicer. pro Dejot.  
At credo hæc homo temerarius & inconsultus non videbat?  
At quam festivè crimen contexitur? &c. Qui & alii modi  
scrupulosius à Crupio in Rhetor. propositi, ubi, si velis, videre  
poteris. Vnum NOTA Differre Interrogationem à Subjectione,  
quod in illa responsio nostra non subjicitur; in hac subji-  
tur.**

7. **DIALOGISMUS** sive Ratiocina-  
tio est, cum ipsi à nobis crebro rationē  
poscimus, quare quidque dicitur, ut,  
*Ecqua mente? qua in vaseres. Qua manu? qua  
disturbatas. Qua voce? qua incendii iusseras.  
Qua lege? quam ne illa quidem impunitate  
tua scripseras. Cic. de Harusp. respons.*

(Alii Sermocinationem nominant Dialogismum, cum  
orationem personæ alicui tribuimus, ut, Cic. 4. de finib.  
*Quid si reviviscant Platonici illi, & tecum ita loquantur, &c.  
At hæc sermocinatio prosopopœia est, & hæctenus huc non re-  
fertur. Talæus Dialogismum commune genus Addubitatio-  
nis, Communicationis, Occupationis, &c. constituit. Hic nos  
expressius consideramus cum Aristotelicis pro Subjectione. Alii  
ad Subjectionem etiam referunt Interstitium sive interro-  
gatiunculam, quæ cursum orationis attentionis & docilita-*